



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 105. Cardinales ab Innocentio VIII. creati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

§. CV.

Sæcul. XV.  
A.C. 1485.*Cardinales ab Innocentio VIII.  
creati.*

Magno Rhodiorum Magistro Innocen-  
tius Papa adhuc alios septem ad-  
junxit ejusdem Cardinalitiae dignitatis  
frios. Hos inter primus erat ad Caro-  
li VIII. Regis preces nominatus Andreas  
Espinejus Brito, Archiepiscopus Burde- *Aubrey hist.*  
galensis, postea Lugdunensis, Abbas *Card tom.*  
S. Crucis Burdegalæ, & Prior. S. Mar- *3. Omphr.*  
tini de Campis Parisiis, Cardinalis Pres- *in Innoc.*  
byter tit. SS. Silvestri & Martini ad mon- *VIII.*  
tes. Alter fuit Laurentius Cibo natio-  
ne Genuensis, summi Pontificis Nepos,  
Archiepiscopus Beneventanus, Cardina-  
lis Presbyter tit. S. Marci & Episcopus  
Albanensis, & Prænestinus. III. Ardici-  
nus de la Porta Novarriensis, Episcopus  
Aleriensis Presbyter Cardinalis tit. SS.  
Joannis & Pauii. IV. Antonius Pallavici-  
nus patria Genuensis, Aurienlis Episco-  
pus, Presbyter Cardinalis tit. S. Anasta-  
sie, ac deum S. Praxedis, & Præne-  
stius Episcopus. V. Maphæus Gerardus  
Venetus, supremus totius Camaldulen-  
sium Ordinis Præpositus, Patriarcha Ve-  
netus, ac Presbyter Cardinalis tit. SS.  
Nerei & Achillei VI. Joannes de Medi-  
cis Florentinus, Cardinalis Diaconus tit.

*Hist. Eccles. Tom. XXX. Cc S.*

Sæcul. XV. S. Mariæ in Dominica , qui postea supremum Pontificatus apicem descendens

A.C. 1489. Leo decimus nominatus est. Hic ex Medicæorum familia primus erat Cardinalium Collegio adscriptus , cum nonnisi decimum quartum annum ageret; ea vero ætate purpura donatus fuisse dicitur, eoquod Pater ejus filiam suam Magdalena de Medicis in matrimonium dedisset Laurentio Cibo Pontificis filio , ante Clericalem statum suscepit. Ultimus tandem erat Fridericus Sanseverinas Mediolani natus , Viennenis Archiepiscopus Cardinalis Diaconus S. Theodori.

Si Raphaeli Volaterrano fides habenda, hæc Cardinalium electio facta est contra Raph. Volat. fidem in conclavi datam, in quo Ponti-  
comm. lib. 22. sex electus promisit, se in creandis Cardinalibus viginti duorum numerum (\*) haud excel-

(\*) Articulus capitulorum de numero Cardinalium ita sonat: *Nunquam excedet numerum viginti quatuor Cardinalium.* cum ergo Innocentio Anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo quarto in Papam electo non nisi viginti quinque Cardinales essent, qui conclave ingressi sunt, ex his vero octo usque ad annum Christi millesimum quadringentesimum octogesimum nonum e vivis excesserint, nimirum Philibertus Burgundus, Stephanus Nardinus, Joannes Moles Hispanus, Petrus Folca-

supre-  
ndens  
x Me-  
rdina-  
onniſi  
ea ve-  
icitur,  
gdale-  
dediſ-  
ante  
us tan-  
Me-  
episco-  
odori.  
enda,  
contra  
Ponti-  
Cardi-  
) haud  
excef-  
ro Car-  
merum  
Inno-  
gente-  
o non-  
ui con-  
usque  
rentiſ-  
ſlerint,  
phanus  
Petrus  
Folca-

excessurum. Verum non eadem facilita- Sæcul. XV.  
te ea, quæ aliquis ut simplex Cardinalis A C. 1489.  
liberius promittit, ad summum Pontifi-  
catum electus exequi valet.

### §. CVI.

#### Res Britanniæ.

Britanniam vel armorum vi, vel con- Galigay.  
nubio cum Ducissa illius hærede in- his. Carol.  
eundo sibi subjecere, ratum fixumque VIII.  
perpetim habuit Carolus Francorum  
Rex, qui copias suas Brestiam & Con-  
que-

C c 2

Foscarus, Joannes Arragonius, Thomas Bou-  
cherius, Gabriel Rangonius, & Carolus Bor-  
bonius, ut testatur Ciaconius in vita Innoc.  
VIII. hinc Papa datam Sacramenti fidem fregisse  
haud videtur, præcipue quia ex illis octo, quos  
creavit Cardinales, duo nimirum Maphæus, &  
Sanseverinas secreto tantum nominati, pri-  
mum post mortem Innocentii a Cardinalium  
Collegio in Electione Alexandri VI publice  
declarati fuere. Dein cum Cardinales suorum  
paucitatem contra fas in suum commodum de-  
torquerent, ac amplissima bona Ecclesiastica  
& publica munera tam intra quam extra ur-  
bem, quæ inter plures distribui debuissent, sibi  
solis vindicarent, ut conqueritur Stephanus In-  
fisura, hinc merito summus Pontifex se ab ejus-  
modi promisso liberum credere potuit.